

ardua; ventorum vehementiâ in-
 quieta; infructuosa quia vacua; Peri-
 culosa quia tenebrosa, latronibus ple-
 na, focijs infidelis scandalis septa,
 lubrica, ductore in Melis, in malum
 locum ducit. V. Via Domini suavis,
 fructuosa, securo. *a pag. 250. ad pag. 253.*

Eiusdem, sermo. 3. ex Euang. nos in-
 struit. I. De Pharisæorum ad Ioannem
 missorum peruersitate dum eum inci-
 tant ad hoc vt se laudet, & aliud præ-
 tendunt aliud intendunt. II. De Ioan-
 nis bonitate quoad humilitatem quâ
 contempsit gloriam circa quâ solet ma-
 ximè appeti; patientiam cum contra
 pungentes non offenditur ses magis hu-
 miliat se, inferioritatem sui ad Chris-
 tum ostendens; fidelitatem in hoc
 quod gloriam Dominietsi oblata m sibi
 minimè usurpat. III. De Christo qui
 medius stetit homines Deo & ad in-
 uicem coniungendo, & personas non
 accipiendo. *a pag. 253. ad pag. 256.*

HUGONI A S. VICTORE sermo
 de aduentu Domini, ad quid Christus
 venerit, paucis declarat; deinde qua-
 liter fieri debeat præparatio animæ ad
 illum cum honore suscipiendum,
 docet; & decem ad hunc finem agenda
 tradit, quæ in alicuius magnæ digni-
 tatis viri receptione obseruari solita
 sunt. *Tom. 2. in lit. Monast. serm. 5. pag. 318.*
 319.

* IOANNIS THAVLERI sermo.
 in Euangelium Dominicæ præcedētis.
 Ioan. I. Principio agit contra eos qui
 inanibus quæstionibus vacant, & de va-
 rijs interrogationibus II. Ad Euange-
 licâ interrogationem descendit & pau-
 cos esse qui cum Ioanne, humilientur &
 dicunt: Non sum; sed, Ego sum. III. de
 resignatione perfecta dilucrit. *A pag.*
32. vsque ad 36.

Eiusdem sermo 2. docet. I. veram sim-
 plicitatem viam esse ad resignationem.
 II. ad id perueniri cum sensibus domi-
 namur, & absque interna imagine vi-
 uimus. III. Tamen sanctas imagines
 habendas & retinendas, & quæ illæ sint.
A pag. 36. vsque ad 40.

* NICOLAI DE CVSA sermo ex
 ijs 1. Corinth. 4. *Si nos existimet homo, &c.*

vbi de Eucharistiâ agens. Eucharistiam
 dispensationem mysteriorum conti-
 nere, in qua est panis vitæ Iesu probat.
 Hunc panem cibum esse animæ quo
 pascitur si eum fide recipiat; histo-
 riam in superficie panis esse sensum lit-
 teralem: significationem vt imitatur
 sensum tropologicum; pascenciam a-
 nimæ per fidem, allegoricum; Spem vi-
 tæ, sine fine & ænigmate anagogicum:
 Ita in sacramento Eucharistiæ com-
 plicari historiam sensibilem vitæ Iesu
 manifestat. *Excit. lib. 8. a pa. 617. ad p. 618.*

* RADVLPHI ARDENTIS ad
 ea Philipp. 4. *Gaudete in Domino semper &c.*
 homilia in partes quatuor distributa.
 Prima. Gaudium in Domino continet
 ad quod inducimur spreto maligno &
 vano gaudio; gaudium illud debet in
 vsu virtutum, spe præmiorum & posses-
 sione boni esse. Secunda. Modestiam, quæ
 est virtus inter nimis & minus tenes me-
 diocritatem; hominem suæ mētis facit
 habere dominium, reddit ei hominem
 alium gratū, & Dominum propinquū.
 Tertia. Sine sollicitudine nos monero-
 rare, nihil enim plus orantem impedit
 quàm sollicitudo. Quarta. Apostoli de-
 siderium explicat quod nos custodiri in
 pace & à pace orat, quæ est Deus, Chris-
 tus, Spiritus S. exuperans omnem sen-
 sum. *a fol. 20. pag. 2. ad fol. 24. pag. 1.*

C Eiusdem, de Euang. homilia in quâ
 videtur. I. Iudæorum curiositas simul
 & duritia, curiositas ad interro-
 gandum; duritia ad credendum. II.
 Ioannis responsio quæ magnum dat no-
 bis fidei & humilitatis documentum;
 fidei cum in quo credendum & spe-
 randum sit proponit; humilitatis cum
 humiliter de se in omnibus sentit &
 responderet. *A fol. 24. pag. 1. ad fol. 28.*
 pag. 1.

* B. THOMÆ à Villanoua Concio
 ad illa verba Euangelij: *Vox clamantis in
 deserto, parate viam Domini.* De duobus
 differere proponit. I. de vocē quæ cla-
 mat in deserto. Et docet desertum hoc
 esse peccatorem. In hoc deserto Deum
 loqui vt conuertatur, præsertim qua-
 tuor vocibus. est beneficiorum tempo-
 raliū. 2. doctrinæ & prædicationis.